

Unde Deo carus tantus cum juris & aequi
Cultor cum gemina & legis amator erat.
Qui negat hoc, vitam defuncti ponderet aequè
Inveniet senium vel crucis esse domum.
Occidit in senio postquam cum patribus ille
Dissolvi cupijt Christe tibiq; mori
Ergò cum Christo bellis praeceptus acerbis
Vivat & in caelis gaudia dia ferat.

Petrus Clemens Hannoveranus.


CHRISTOPHORUS VOM HAGEN JURISCON-
SULTUS ET CONSILIARIUS MEGAPOLI-
TANUS BENE MERITUS.

ἀναγεγραμμένος

CORPOREIS UNA HIS VINCLIS SUM LABE
SOLUTUS;
INTEGRA, CHRISTO VIVENS, AGO MENTE
TRIUMPHOS.

*Suam erga Dn. Affinem desideratum condolen-
tiam paucis contestandi ergò, vertit*

Albertus Willebrandt.



Lex